

**05
A
1696**



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-547879-p0002-0

DFG

47


DECANUS
COLLEGII PHILOSOPHICI
IN
ACADEMIA VVITTENBERGENSI,

BALTHASAR
STOLBERGIUS,

MITVVEIDA-MISNICUS, GRÆCARUM
LITERARUM PROFESSOR
PUBLICUS.

PHILOSOPHIÆ AT QVE LIBERALIUM
ARTIUM CANDIDATIS

S. P.



WITTEBERGÆ,

Ex Officina Typographica MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M DCLXXV.



OS A 1696





Odiernus dies, qvi est VIII. Id. Januar. à priscis Græcæ Ecclesiæ Doctoribus τὰ Ἐπιφάνια appellatur vulgò; qvandoq; & θεοφάνια dicitur ab iisdem, Athanasio (α) Gregorio Nysseno (ε) Isidoro Pelusiotâ, (γ) Gregorio Nazianzeno (δ) qvi τὰ θεοφάνια & γενέθλια τῷ σταύρῳ veluti Synonyma conjungit, atqve nominis utriusqve rationem exponit. Εὐφάντης γαρ θεός αὐτεώντος καὶ γεννήσως, Deus enim per Nativitatem hominibus apparuit. Unde factum deinde ait, ut geminum imponeretur nomen uni eidemq; rei. Etiam Græcorum Profani scriptores Numinis apparitionem, qvoqvō tandem modō Deus aliquis suæ præsentia signum dedisse credebat, Ἐπιφάνειαν appellant. Probat hoc Casaubonus (ε) testimoniiis Diodori Siculi, Dionysii Halicarnassensis atq; Athenæi. Atqve illud insuper affirmat, Veterem Ecclesiam hujus diei solemnitatē, qvo Filius Dei assumitā humanā carne, ē B. Virgine natus, mortalibus se conspicendum præbuit,

A 2

buit,

(α) Tom. I.
orat. de In-
carnatione
Verbi.

(β) Tom. II.
orat. in prin-
cipium jeju-
niorum.

(γ) Lib. III.
Epist. II.

(δ) Orat.
XXXVIII.

(ε) Exercit.
II. ad Annal.
Baron. sect. II.

buit, ad Gentilium exemplum τα' ἐπιφανίας nomi-
nasse. Qvæ de usu vocis græcæ prodidit, mani-
festa sunt. Nec repetimus testimonia ab ipsō
laudata. Ex Appiano addimus, Syriæ Regem An-
tiochum, Antiochi Magni filium, haud aliâ de
causa à Syris ἐπιφανίᾳ cognominatum, qvām qvod
præter Civium suorum spem (obses enim Ro-
mæ tenebatur) defunctō Fratre Seleuco, & re-
bus patriæ miserandum in modum afflictis ac
turbatis, veluti Deus qvidam subito supervene-
rat; vel, ut ipse loquitur (2) τῆς ἀρχῆς ἀρπαζόμενος υπὸ^{τηλεστέρων}, Βασιλεὺς ὄντες φρήν. Vulgo Illustrem vo-
cant. B. Luth. Præfatione in Prophetam Danielē,
Der Edle / das Edle fromme Kind / das alles mit Lüsten
und Lücken / mit Lügen und Trügen / nicht als ein König/
sondern als ein böser Bube handelt. Talem fuisse per-
hibent Historiæ. Prodiditq; Athenæus (1) ob fla-
gitia postmodum, mutata una literâ, dictum es-
se ἐπιμανῖ, insanum. Mihi profectò subtiliora qvā
veriora vīla sunt, qvæ de Regis hujus cognomi-
ne annotavit Ludovicus de Dieu (2) Etenim
Vir Doctissimus existimabat, ἐπιφανίς significare
terribilem, qvia Hellenistæ (3) Hebræum נורא,
græco isto vocabulō reddiderunt, atqve Petrus
appro-

(1) de Bellis
Syr. p. 187.

(2) lib. V.
de Historiis.

(3) Com-
ment. in Act.

II. 20.

(4) Joel. c. II.
31.

approbabit in concione Pentecostali (u) Qvæ ra-
tio infirma est. Affinia sunt vocabula **Χριστός** & **Ιησοῦς**.
Alterum pro altero interpretati sunt seniores, ut a-
libi locis plurimis. Neqve sic decedit sententiæ
qvicqvam. Nullum tempus **ἐπιφανεῖεν**, **illustrius**,
qvàm novi fœderis est : qvando Deus in humanâ
carne conspiciendum ac contrectandū se præbuit,
mundi peccata expiavit, mortem cum inferis de-
struxit. De altero nondum assentior Viro celeber-
fimo. Ut enim primi Christiani qvædam alia vo-
cabula ē paganorum ritibus transtulerint ad Ec-
clesiæ instituta ; qvod alibi ab ipso probatur: (λ) in
hoc tamen festo idē fecisse, non sit verisimile. Certè
opus haud fuit. Cur enim τὰς ἔξω maluissent seqvi,
qvàm divinas scripturas, ipsumque adeò Paulum
Apostolum, qui ad hanc appellationem non ob-
scutè præivit Christianis. (u) Qvare sicut ipsam
Salvatoris nostri incarnationē Paulo duce **ἐπιφάνεια**:
ita festum illius memoriæ consecratum τῷ Θεῷ Φαντασίᾳ
dixerunt. Et ne dubium esset, qvalem intellige-
rent **ἐπιφάνεια**, alia qvædam adjiciunt vocabula Do-
ctores antiqui. Eusebius (v) vocat **ἐνσημών**, τὸν εἰς
ἀνθρώπους **ἐνσημών**, τὸν σωτήρον. B. Athanasius (ξ) τὸν σω-
ματικὸν τὸν Διοίστησαν πρὸς οὐαὶς **ἐπιφάνεια** τῷ Ιησῷ λόγῳ.

(u) Actor. II.

(λ) Exercit.
XVI. sect. 43.

(u) Conf. I.
Tim. III. 16. 2.
Timoth. I. 9.
10. Tit. II. 11.
(v) lib. I. Hist.
Eccl. c. 5. lib.
I. demonstr.
Evang. lib.
III. V. VIII.
(ξ) Tom. I.
orat. II. de
Incarnat.

A 3

Alii



Alii aliter. Qvippe posteriorem ad judicium ad-
ventum τῆς ἀνταποδίσως καὶ τῆς δικαιίου appellat Chry-
(o) Ad Tit. sostomus. (o) Jam mirum videri poterat, huic diei
cap. II. à Christi in carne apparitione dare nomen, qvō
Ecclesia præsertim Magorum adventum memori-
amque recolit. Scilicet ut hodie inter eruditos,
sic olim de die Natali inter Ecclesias diversæ fue-
runt opiniones. Qvæ cæteris receptior est, na-
tum perhibet VIII. Kalendas Januarias. Atqve hæc
Ecclesiæ fuit Romanæ, hodieqve obtinet. Cujus
antiqvitatem commendant Pontificii potissimum,
ejusqve originem ab ipsis Apostolorum tempori-
bus accersunt, qvando Clementis constitutiones
laudent, Evodii item traditionem, atq; Martyrum
Acta. Etsi itaqve parvi pendimus adducta testimo-
nia, cum desumpta sint è scriptis vel nothis atq; spu-
riis, vel minimum depravatis mirum in modum:
non possumus tamen inficias ire, sat antiqvam esse
sententiam. Eamq; Romanos hausisse è Censoriis
tabulis nonnulli credunt, qvas Romæ adhuc Chry-
sostomi ætate extitisse, ipse testatur. (o) Cum
(π) Tom. V. homil. 72. de
natali Chri- enim & Constantinopolitanis nova videretur, con-
sti. trarium asserit B. Pater, atqve provocat ad Roma-
nos,

π
Tom. V.
homil. 72.
de
natali Chri-
sti.

nos, qvibus dīw̄t̄, n̄ḡ ex παλαῑς παραδόσιας δγνωρίζετο,
à superioribus temporibus, & ex antiquâ traditione
nota erat. Scilicet ante Chrysostomum Servato-
ris nostri Natalis d. VIII. Id. Januar. celebrabatur
Constantinopoli. Qvæ græcarum atq; Orientis Ec-
clesiarum fuit consuetudo. Nitebantur illæ auto-
ritate Ecclesiæ Hierosolymitanæ: cui vel ideo po-
tior habenda fides videbatur, qvōd omnia, qvæ ad
Christum attinebant, propriùs notare potuerat.

Απὸ τῆς τῶν γενεθλίων ἀντὶς ἡμέρας, τεττέτων, Παρασκευή, ἡ τις
τυγχάνει ἐκτη ἱανγαρίς μηνὸς: Abeō die, qvō natus est,
id est, Epiphaniorum, qui in sextum mensis Ja-
nuarii incurrit, scribit Epiphanius hæresi LI. qvæ
est ἀνοητων, vel potius ἀλογων, num. 27. edit. Petavii.
Qvibuscum pugnant, qvæ præcesserunt num. 24.
ubi Christum natum affirmat πρὸ ὅκτω εἰδῶν ἱανγαρίς,
ἡ τις θεῖ κατὰ ρωμαίος πέμπτη ἱανγαρίς μηνός. Hic quintum
mensis diem statuit. Facilis lapsus in numeris est,
qvando non nominibus, sed notis exprimuntur.
Nisi cum Petavio credas, phrasin πρὸ εἰδῶν imposuisse
nonnullis, qvi putarent idē significari ac pridie VIII.
Id. Ipse v. rectè annotat (e) πρὸ ὅκτω εἰδῶν, & similes lo-
quendi formulas respōdere latinis A.D. VIII. Id. In qvi-
b⁹ A.D. valet Ante diē: & ipse tamē dies intelligitur,

qvem

(p) Annotat.
ad Epiphan.

P. 133.



qvem numeri notant. Cum Græcis sensisse Ægyptios multi docēt, idq; constat ē Cassiano (σ) Qvod
(σ) Colla-
tion. X. c. 2.
(τ) lib. I. 5^oω.
ματ.
(v) Sect. 120.
(φ) Annotat.
in Clem. A-
lex. loc. cit.
(χ) l.c. p. 211.

verum esse nequit, nisi vel tempora distingvas, vel Ecclesias. Etenim Clemens Alexandrinus (τ) duas memorat Ægyptiorū sententias, æqvè à græcorum atqve inter se diversas. Aliqui natum aje- bant d. XXV. παχῶν, qvi Baronio in Apparatu (v) Eccles. XV. Maji dies. Christmanni Calendariū, & vetus manuscriptum, qvod à Frid. Sylburgio (φ) laudatur, cum XX. ejusdem mensis confert. Basiliiani præferebant d. XXIV. vel XXV. Φαγεσθῇ, qvi respondet XX. vel XXI. Aprilis. Memoriā hīc lapsus est Petavius (χ) qvando de Basilidianis refert, eos Christi Natalem collocâsse in XV. Tybi, qvi est X. Januarii. Hoc die Christum credebant baptizatum, ideoq; Festum celebrabant, uti au- tor est Clemens locō laudatō. Qui ipse peculiarem de Natali Domini opinionem fovit. Ab illō enim ad Commodi mortem annos numerat 194. men- sem unum cum tredecim diebus. Hoc si verum, Natalis Christi incidit in 22. Athyr, sive Novembr. XVIII. Vicit tandem Romanæ Ecclesiæ consuetu- do, qvam Chrysostomi ætate receperunt Constâtinopolitani. Ad illum enim diem, qvō suam *eis τὸν γενέθλιον*

γενέθλιον ἡμέραν τῇ σωτῆρὶ ἡμῶν orationem supra adducetam recitabat, nondum effluxerant decem anni, cum primum Natalis d. XXV. Decembr. aëtus erat. Mansit interim & sextus Januarii festus ob causas aliás. Eō Christum baptizatum asserebant plurimi, qvos memorat eruditissimus Vossius (ψ) Nam ut ē Cassianō discimus, (ω) Ægyptii die eodem & nativitatis & baptismi Christi memoriam simul recolebant, secus atqve occidentales, qvi diebus diversis. Qvem locum qvando Isidorus describit (αα) pro Ægyptiis nominat Græcos. Nempe qvia non soli Ægyptii, verum etiam Orientales atq; Græci hanc consuetudinem servarent. Et aliquando obtinebat Ecclesia, Christum, qvâ die natus fuerat, eādem anno vertente trigesimo fuisse baptizatum. Pro qvō adstruendō verbis utebantur Lucæ vexatisimis (ββ) Postqvam igitur Nativitas Christi translata in Decembre, separata est Baptismi solennitas à solennitate nativitatis. In nomine mutatum nihil: novæ rationes excogitatæ sunt, qvæ æqvè convenirent historiæ de baptismo: qvō Deus in incomprehensibili suâ Trinitate, visibili qvasi modō se manifestavit. Imò sunt, qvi contendunt, ab hâc apparitione primo ac præcipue nomē

(ψ) Dissertat.
de tempore
Nativit. J. C.
p. 2. n. 5. pag.
40. 41.
(ω) loc. cit.

(αα) lib. I. de
offic. Eccles.
c. 26.

(ββ) Luc. III.
23.

B

illud



(yy) I. n. de
Annis Chri-
stii, c. 2.

(dd) I. c.

(rr) Tom. V.
hom. 74, &
167.

illud huic diei impositum esse. In his est Doctiss.
VVilhelmus Langius (yy) qui non dubitat affirmare, *Græcos posteriores* de eo tempore nomen Epiphaniorum accepisse, quod Deus est manifestatus in carne, quoniam diem baptismi & nativitatis confundebant. Nollem hæc verba excidissent Viro clarissimo, quæ defendi nequeunt. Haud posteriores Græci, sed primi & antiquissimi tradiderunt, Θεοφάνεια vel θεοφάνεια dictū hunc diē à nativitate Christi. Gregor. Nyssenus (dd) τὰς ἐπαγκληθεοφάνειας clarè & distinctè nominat. Basilius M. oratione εἰς τὴν ἀγίαν τὸν χριστὸν οὐρανόν ait, θάμεθα τῇ ἑορτῇ ἡμῶν, θεοφάνεια. Εορτάσωμεν τὰ σωτήρια τῷ κόσμῳ, τὴν γενέθλιον ἡμέραν τῆς αὐτοκαπότητος. Nomen festo nostro imponamus, Theophania: celebremus mundi salutaria, diē natalē humanæ naturæ. Obduci poterat Chrysostomus, qui dilectis verbis pronunciavit non eum, quod natus, sed quod baptizatus est, diē appellari Θεοφάνεια (rr) Sed ipse secum pugnat, & cum eò Patres reliqui græci. Etenim Homiliā LXXXVIII. Apud nos ait, primum festum Epiphania, τίς σὺ ὑπόθεσίς ἔορτος; Quæ igitur festi occasio seu causa? sic querit, & respondeat: Quoniam Deus in terra visus & cum hominibus conversatus est. Ut taceam, quæ in contrarium allegatur, homiliā 167. referri inter αὐτοφιλαλόγωμα illius scripta. Et quod præcipuum est, translata festi consuetudine, cum re mu-
tavit



tavit verba & sententiam. Est autem hæc dies veluti
m̄d̄n̄ omnium pene grandium rerum, qvem ad-
modū observat Vossius (22) Aliqui enim ad d. VIII. (22) l.c.
Idus Januar. primum contigisse miraculum cense-
bant, qvod factum in Canâ Galilææ. Imo inter an-
tiq̄os convenit, Magos eōpsē die Bethlehemum
venisse. Qui sic statuebant, his facile erat invenire
causas nominis, & præsenti rei aptare. Isidorus (22) l.c.
Epiphania dici vult, qvia per stellam Salvator est
ostensus. Dici etiam poterat, per primum miracu-
lum, manifestatum fuisse Christum, qvalis esset, ut
est apud Jacobum Cappellū, cui hæc impositi no-
minis causa prima & probabilissima visa est (22) (22) vindic.
Qvām id verum sit, patet ex dictis. Æqv̄e sunt in- pro Casau-
certa, qvæ de tempore adventū Magorū afferun- bono p. 90.
tur: maximè si eos seqvaris, qui ē Persiā venisse au-
tumant. Facilius se expediunt, qui per orientem in-
telligunt Arabiā, cuj⁹ aliquā pars, teste etiam Taci-
to (22) vergit ad orientem. Præterea auro abundat
eadem thure, & myrrha: habuitq; olim sapientes,
qvibus Magorum nomen commune erat, ut nos
docet Plinius (22) Ut enim ex summo Veterum cō-
sensu Magia suos natales Persiæ debeat; successu
tamen temporis generalius usurpata, & ad aliarum
Orien-

(22) lib. V.
Histor.

(22) Lib.
XXV. Nat.
histor. c. 2.

orientis gentium sapientes traducta est. Hoc hominum genus qvoniām græcorū Philosophis quodammodo comparatur; ideo à Majoribus institutum arbitror, ut hyberni semestris Decanus hoc ipsō die, Magorum memoriæ sacro, sapientiæ Studiosis laborum præmia indicat, & scripto publico, ad summos in Philosophiâ honores, qvos MAGISTERII vocant, prensandos, qvotqvit laudabilis eruditionis sibi consciī sunt, invitet. Qvare agite JUVENES Præstantissimi, qvi Philosophiæ atqve Artibus liberalibus diligentem adhuc operam navatis, & præclaram in literis eruditionem consecuti estis, jamqve studiorum præmium desideratis, adeste, apud me qvem Philosophicus ordo Vobis Brabevtam & diribitorem constituit, nomina vestra mature profitemini. Ego officii mei memor, nulli deero dignum Laureâ nomen professo. Qvod unum supereſt, Deum precor, ut omnes à finibus nostris tumultus atqve strages procul arceat, pacata Musis tempora concedat, & bene ac feliciter institutum nostrum secundet. P. P. Mipsis
solennibus EPIPHANIORUM,
Anno Æræ Christianæ
M. DG. LXXV.

05 A 1696



WORP





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-547879-p0016-9

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue




47
1
DECANUS
COLLEGII PHILOSOPHICI
IN
ACADEMIA VVITTEMBERGENSI,

BALTHASAR
STOLBERGIUS,

MITVVEIDA-MISNICUS, GRÆCARUM
LITERARUM PROFESSOR
PUBLICUS,

PHILOSOPHIÆ AT QVE LIBERALIUM
ARTIUM CANDIDATIS

S. P.



WITTEBERGÆ,

Ex Officina Typographica MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M D G LXX V.